



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XVI. Abundanti gratia Complexionem deteriore[m] restaurari, exemplis
declaratur; hominem tamen non omnino passionu[m] oppugnatione
liberari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

Melancho- stantenter agunt ac perficiunt. Utitur deniq; De
lici gratia suis instrumentis, quantumcumque retulit
restauran- nec difficile illi est, hominem melancholia,
sur. doloribus oppressum erigere, imo & morbo
 plurimis affectum læticia perfundere, iudicium
 illustrare, mentemque sanctis cogitationibus
 imbuere, & voluntatem dulcedine spirituali
 vnctionis implere.

C A P. XVI.

Abundanti gratia Complexionem deterio-
rem restaurari, exemplis declaratur: ho-
minem tamen non omnino passio-
num oppugnatione libe-
rari.

1. 29. **N**ihil ago, si hæc exemplis non ille-
 Apostoli strem. Non fuit difficile Spiritui sancto,
gratia Spi- rudo, rudes & agrestes Apostolorum mores ex-
ritus san- polire, & Petri choleram ad constantiam ardentem
Et in cor- temque erga Magistrum amorem reuocare. Ta-
pore & a- ceo Paulum, cuius ira non intra Ierosolymorum
nimo adiu- muros se continebat, sed domos, ciuitates, pro-
ti uincias furibunda peruadebat: rapiebat inno-
 2. cuos ad necem, cui ipse insanie crudeliter con-
 D. Paulus. filio, opera, animo & voluntate concurre-
Act. 8. 9. bat. Deus lupum in agnum conuertit, & ira
 21. in animi fortitudinem iam ordinata commi-
 Gal. 1. grauit.

3. Vnum è verustioribus adferam. Manasses,
 optimi

optimi parentis Ezechię filius, cum ei successisset in regnum, patris virtutes suis vitiis exæquavit: coluit idola, somnia obseruauit, artes maleficas exercuit, Domini per os prophetarum loquentis minas denuntiationesque contempsit. Ob hoc ab Assyriis captus, & catenis atque compedibus vincus, abductus est in Babylonem. At postquam eum suorum factorum pœnituit, in alium virum plane mutatus est: simulachra, quę posuerat, euertit, aras destruxit, & restaurato altari victimas & pacifica immolauit, suisque præcepit vt Dominum Deum Israel colerent. Quis non eius naturam permutatam diceret? In bonum ex pessimo conuersus, in liberum ex seruo, in Regem ex captiuo, euasit in virum virtutibus multis præditum, ex homine qui ex multis sceleribus conflatus esse videbatur.

3.
Manasses.
4. Reg. 25.

Præclarum illud Bonifacij mutati monumentum, qui cæcis amoribus Aglaes Romanę matronę captus, diutius ei sese miscuerat. Deus vtrumque hac peste liberauit: mox finem perniciosę voluptati statuentes, sub Diocletiani persecutione Roma Tarsum commigrarunt pœnitentię causã: illicque distractis iis quę secum attulerant in pios vsus, illa Monasterium intrauit, cœlestem professura vitam: hic ad conquirenda & sepelienda Martyrum corpora animam adiecit, eorumque vincula exosculatus, eos vehementer hortabatur vt constanter supplicia perferrent, quod breuem laborem sempiterna requies consecutura esset. Gravissimis & ipse tortis suppliciis tãdem securi percussus est

4.
Bonifacius
Breniar.
Rom. 14.
Maij.
Sur. tomo.
3.
s. Iunij.]

M Eum

Eum sequenti die quærentes socij, cum mar-
rio affectum cognouissent, corpus vnguenti-
conditum Romam portandum curarunt. Ma-
glæ, certior facta ab Angelo, obuiam ei prod-
mixtis gaudio lacrymis; Ecclesiamque de
eius nomine ædificauit. Ipsi denique con-
nentiam & sanctitatem miraculis benigni-
mus Deus comprobauit.

30. Sed hi meras humanitatis non excell-
runt. Leones & lupos cicuratos forte cupi-
faciam quod optatis; & leonem primo, de
lupum diuinitus mansuefactos, postmodum
homines leonibus & lupis immaniores ad le-
tatem cœlitus reuocatos comprobabo.

§.
Leo S. Ge-
rasimi vir-
tute ciu-
ratur
In Prato
spirit. c. 107

Abbati Gerasimo saucius leo obuius factus
cum esset in silua, gemebundus pedem, cui spi-
na infixæ erat, tumidum, pæneq; putridum, ma-
dendum porrexit. Extracta spina Gerasimus su-
teo pedem inuoluit: quod quia fecisset, post-
ferocitate leo sanctum virum secutus est, nec
eo umquam recedere voluit. Contentus inter
pane & insulsis leguminibus, (carnibus ab-
nens, contra leonis condicionem) curam asini
dum ad pascua aquamque de portandam è Ier-
danis flumine mitteretur, velut prudens ager
mandato Gerasimi suscepit. Contrigit in pa-
scuis asinum paulo longius abscedere, & ab A-
rabe quodam mercatore abduci mercibus
nustum. Redeundum erat ad Monasterium, ne
asinum leo inueniebat. Verecundiam perditu-
sini cum ferre non posset, quasi pœnitēs & le-
cymabundus redit ad Monasterium, culpam
que

que fateri videbatur: cui Gerasimus: Benedictus
 Deus: asinum comedisti, officium ergo eius la-
 boremque subibis in aqua vehenda. Subiit
 sane strenue, nec illibenter. Misertus quidam leo-
 nis, sancto viro nummos emendo asino nouo
 numerauit. Contingit deinde priorem asinū
 tritico onustum iuxta Iordanem transeuntem
 deduci ad sanctam ciuitatem: qui, viso leone, sta-
 tim occurrit: occurrit & leo gestiens: merca-
 tores vero cum tribus camelis in Monasterium
 abegit: leon. s itaque innocentia & ipso euentu
 cognita est, & ipse gratulabundus eam testari
 nitebatur. Ex eo tempore nomen Iordanis con-
 secutus est, & annis amplius quinque egit in
 Monasterio instar canis officiosi. Mortuo Gera-
 simo (aberat forte leo à Monasterio, dum more-
 retur) cum eum per domum quæreret, rugiebat
 & dolorem præferebat incredibilem. Sabbati-
 us, Gerasimi successor, cum animal mulcere
 niteretur, & aliter placare non posset, duxit ad
 sepulchrum Gerasimi. Ibi leo ingenti dolore af-
 fectus, terram rictu quatiens, recedere noluit;
 nec quieuit, donec in magistri sepulchro vitam
 quoque suam deposuit.

Admirandum illud est, quod in ciuitate Eu-
 gabina fecit D. Franciscus. Cum enim lupus qui
 dam immanis ciuitatem ipsam quodammodo
 obsedisset, vixque homines vel turmatim gra-
 dientes impune præterirent: superuenit S.
 Franciscus: statuit lupum aggredi: egressus
 oppido cum truculen a bestia accurrisset, ciui-
 bus è turrium & adium fenestris prospicientib.

M 2

velut

6.
 Lupus ra-
 bidus man-
 dato sancti
 Francisci
 mansuescit

*In Chroni-
co Minorū
Gallice edi-
to Paris. an-
no 1608. lib.
2. c. 39. in
Latino lib.
10. cap. 29:* velut funestum quoddam preclium) lupum vo-
cauit, ferocemque belluam signo crucis com-
pescuit. Ille exinde caput demittens, instar
niculi ad sancti viri pedes sese prostravit. Cum
que voracitatis & illatæ vastitatis eum redargu-
erit, & querelas ciuium ei exposuisset: indicauit
ei se venisse vt pacem inter ciues & ipsum com-
poneret. Pacis condiciones posuit, vt nemo
uium ei noceret in posterum, omnes illatas ini-
urias remitterent. Lupus capitis inclinatione
aurium, caudæ, & totius corporis gesticulatio-
nibus annuebat. Adiunxit vir beatus: Ex parte
tua cauebis cuiquam damnum inferre: quod
præstiteris, præter condiciones iam positas
super tibi polliceor alimoniam numquam
futuram, cuius defectus ac fames hanc in ter-
riam solet excitare. Lupus, ac si intelligeret, be-
gnis omnia probare videbatur. Petenti dexte-
ram in signum foederis, sancto viro dextrum
pedem porrexit. Inuitantem in oppidum, vt con-
pactas condiciones firmaret, velut agniculus
secutus est. Fit concursus totius ciuitatis. Ibi
Franciscus grauiter denunciauit populo, huius
modi plagas à Deo immitti puniendis mortali-
um criminibus: alios esse in inferno lupos: ter-
ribilem inferni barathri ardentisque fornacis vo-
raciorem rictu infausto huius belluæ, quæ præ-
ter vitam mortalem auferre nihil possit. Tum
exposuit quas cum lupo extra portas iniisset con-
ditiones vtrimque pactas. Easdem probarunt
ciues. Iisdem quoque iudiciis, quæ ediderat, ab-
sens est lupus, pedemque rursus poscenti
Franciscus

» mea: si me suscipere, renueris, Deum testor
 » priorem redibo vitam: assumptisque mihi
 » ciis, Monasterium hoc funditus euertam. Per
 » auditis, suscepit eum Abbas: tondensque eum
 » habitum religiosum induit. Hic in humi-
 » tate, obedientia, abstinentia, aliisque virtutibus
 » tantum profectum fecit, ut inter septuaginta
 » Monachos (tot erant in illo Monasterio) tan-
 » quam exemplar singulare emicuerit. Quod
 » tempore, dum in cella esset, Angelus Domini
 » his verbis eum interpellauit: Dauid, Dauid,
 » misit tibi Deus peccata tua, & eris ex nun-
 » gna faciens. Cui Dauid: Credere non possum
 » omnia peccata, quæ arenam maris numero
 » cedunt, tã breui tẽpore mihi à Deo esse remissa.
 » Iterum Angelus: Sicut Zachariæ non credidit
 » mihi propter incredulitatem suam linguam
 » usum ademi: ita & tibi faciam, erisque am-
 » do mutus. Dauid, humi se posternens, Ange-
 » lum hoc modo compellat: Cum essem in sacro
 » lo, nefaria scelera faciens, & sanguinem huma-
 » num fundens, loquebar; modo quando serui-
 » Deo volo, laudesque illi offerre, tunc lingua
 » meam, ne loquar, ligabis? Ad quem Angelus
 » Cum implebis psalmodiæ canonem, loqueris
 » præter canonem vero penitus tacebis. Quo-
 » & factum est, plurimamque per illum Deus mira-
 » cula fecit.

8.
 Moses latrocinij
 ante infami-
 nis.

32. Addam alium Moses (ut refert Sozomenus) cum seruus esset, & propter culpam domini expulsus, latrocinio se dedit, homicidia multa fecit. Conuersus ad mentem, Anachoreticam vitam

vitam amplexus est, Æthiops mutauit pellem, *Li. 6. c. 29.*
 pardus maculosos colores suos. Sex annis *& Trip. hist. l. 3. c. 1.*
 pertoram noctem stans orauit, neque genibus
 inclinatis, neque oculis somno clausis. Insuper
 caritatis officia sedulus exercuit: noctu enim
 circumibat cellas Monachorum, & lagenas singu-
 lorum aqua implebat, cum procul inde decem
 aut viginti aut triginta stadiis manaret.

Ita qui prius homicidiis formidandus fuerat,
 factus est amabilis: & qui graui infamia labo-
 rabat, sanctitate illustris: qui denique quondã
 rapinis terram infestauerat, regnum cœlorum
 rapuit. Felices latrones, qui feruore magnaue
 uel spiritus cœlos rapiunt. Addam aliud non om-
 nino generis eiusdem.

33. Babylas quidam Tarfi Ciliciæ mimus pro- *Babylas*
 fessione, & magus, vir flagitiosissimus, duas con- *mimus &*
 cubinas tenebat. Multa pro dæmonis arbi- *magus.*
 trario, quo utebatur, familiariter, siue cum eo,
 siue cum aliis nefarie transigebat. Ingressus quo
 dam die Ecclesiam, auditoque Euangelio quod *In Prato*
 ad pœnitentiam hortatur, *Pœnitentiam agite, ap- spiritualis,*
c. 32. Matt.
propinquauit enim regnum cœlorum, ita compun-
 ctus est, ut redierit domum, & suis concubinis
 Quo, inquit amore, quam equabili, utramque
 complexus sim, sat superque animaduertistis
 iam mutatus aliud de meis rebus cogor statue-
 re. Quæcumque labore cõsecutus sum, per me
 licet (iam Monachus fio) accipite. Illæ, oratio-
 ne huius permotæ, responderunt cum la-
 crymis: Et nos in flagitiis tibi sociæ fui-
 mus, erimus pœnitentiæ. Omnibus ergo in

M 4 paupe-

pauperes erogatis, incorrupte deinceps, casti
sanctēque vixerunt. Hunc Babylam antiqui
auctor Ioannes Moscus dicit se vidisse, venera-
bilem, modestum, & vero clementissimum
rum. Quis hūc hominē fuisse flagitiosissimū

Psal. 76.

Matth. 27.

10.

*Iason May-
nus. Iouius
in Elogiis.*

xerit? *Hac certe mutatio dextera excelsi. nā mer-
ces & latrones multos precedēt in regno cœlesti.*
34. Postremum ē viris scientia illustribus
quot adiungam. Exemplum memorabile habet
mus in Iasone Mayno Mediolanensi, qui militem
Papiam, ut iuri ciuili operam daret, vitis omni-
bus, & alex potissimum, ita fuit deditus, ut om-
nia cum hospite decoqueret, & iuris codices
in membranis scriptum, magno emptum pro-
tione, feneratori tradere cogere tur: ipse demum
sordida in toga, capite tonso, & turpi tinea de-
formis omnibus ridiculus erat: sed mature
per acerbe castigatus, Deo auctore, se ipsum con-
legit: tantaque deinde contentione in studiis
se se exercuit, ut omnibus mirabilis euadere-
t. Exin, suggestu dignus, Institutiones enarrauit.
Concessit deinde Patauium; sed euocante Lu-
uico Sfortio Ticinum reuersus, cum laude
que ad vltimam senectutem docuit.

I.

*Michael
Stenus.*

Concludā in Michaelē Steno, qui Dux Ve-
netorum fuit: cuius vita cum adolescentia libe-
rior esset, & ad luxum nimiamque libertatem pro-
pensior, mutatis cœlitus moribus & fortuna in
iuuētute, ita nimiam licentiam castigauit, sum-
misque honoribus, grandi iam ætate, & Verone
& Pataui veneto imperio adiectis, maritimoque
etiam rebus auctis, principatu suo tertium de-
cimum

Rationibus nem impugnationem tollat, ut nos in humilitate contineat. Deinde nobis opus est aliquo exercitio, ut ad Deum recurramus laceffite, & orantes donorum omnium largitorem agnoscamus, ne ob ingratitude nos relabi permittat. Hoc Augustinus exponens larius, Nos, ait

- 1.
- 2.

*Lib. 50 hom
in hom. 21.
in fine, edit
Parisi. n.
anno 1531*

fratres carissimi, agnoscentes iniquitates nostras, quantum possumus contra malas concupiscentias repugnemus; ieiuniis, vigiliis, orationibus, languoribus, eleemosynis mala, quae fecimus redimamus: & cum Dei adiutorio ita bonis operibus studeamus insistere, ut nos ad peccata pristina non possint concupiscentia nostra retrahere: sed perseverantes in omni bono, cum

Psal. 115.

- 3.

*Concil. Trident. sess. 5.
decret. de
pec. origin.
In Psal. 64*

Propheta gratias referentes dicamus: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Remanent praeterea illi stimuli ut meriti occasionem nobis praebent, quemadmodum Concilium Tridentinum de concupiscentia, quae a baptismo in nobis remanet, declaravit: Vnde D. Augustinus, Primo, ait, concupiscentia carnis sequentes duxit nos, postea renitentes traxit nos deinde accepta gratia cepit nos nec ducere nec trahere, sed adhuc contendere nobiscum post contentionem erit & victoria, modo te, et si oppugnat, non expugnet.

- 3.

36. Quare sancti Patres toto vitae suae cursu partim a passionibus domandas, naturamque sanandam ac perficiendam, partim ut se Christo conformarent, partim denique ut Deo pro peccatis praeteritis satisfacerent, horrendae fuerunt in corpora sua, non sine magno virtutum profectu.

1. Theodoretus, Episcopus Cyri, de Polychronio sic

scribit: Mortificabat se a spero cilicio, vilique & nullo
 lauspretij habitu: sicque inopem vitam agebat, ut nec
 necessariū quidem semper haberet nutrimentū: ac totam
 noctem vigil in precibus stans consumebat: ad augen-
 dam autem mortificationem habebat in cella truncum
 ex quercu, (quem fateretur Theodoretus vix
 se potuisse tollere) hunc noctu diuque imponebat
 humeris, & sic in oratione perstabat. Paupertatem
 tanto studio coluit, ut existimaret quouis regno magis
 expectendam. His aliisque ulgenus exercitiis in extre-
 mam usque aetatem vsurpatis, ad tantam Dei noti-
 tiam continuamq; rerum diuinarum memoriam per-
 uenit, ut mentem a contemplatione diuellere non pos-
 set: quare & cum his, qui ad ipsum subinde ventita-
 bant, paucis differens, non poterat in animum inducere
 ut cogitationem a caelis deduceret. Hæc ibi.

37: Palladius quoque scribit, Macharium A-
 lexandrinum, domandi sui causa, toto sexennio
 nihil præter cruda holera & legumina hume-
 etata sumpsisse: viginti diebus & noctibus te-
 etum non ingressum, ut somnum vinceret; cum
 interdiu quidem arderet æstu, noctu vero fri-
 gore rigeret: deinde, cum aliquando ei mole-
 stiam exhibuisset spiritus fornicationis, nudum
 sex menses sedisse in palude Scetes, quæ est in
 vasta solitudine; & à culicibus, quæ magnitudi-
 ne æquant vespas, toto corpore ita demorsum,
 ut videretur leprosus. Addit autem, ad humi-
 liandum se, duorum modiorum sportam arena
 plenam, humeris impositam, per totam solitu-
 dinem deportare solitum. His aliisque exerci-
 tationibus corporis tantā apud Deū promeruit
 gratiam

Polychro-
 ninus. Theo.
 in hist. san-
 ctorum Pa-
 trum, c. 24.

2.
 Macharius
 Alexandri-
 nus Pallad-
 in histor.
 Lausiaca,
 sect. 17

PRO IMPERIO
 ...
 ...
 ...

gratiam, & ad tam sublimē & constantem peruenit Dei cognitionem, vt saepe noctem cur die in solius diuinitatis contemplatione detineretur.

Hoc ad extremum, ex iis quæ dicta sunt, confuturum maneat: videlicet, etsi fertilem idoneamque Deus Complexionem efformare possit in materno utero, si tamen non faciat, meminisse oportet quod diximus, *Non est abbreviata manus Domini: quodque Anna mater Samuelis aiebat, Deus mortificat & viuificat. deducit ad inferos & reducit. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat: suscitaturque ex puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & solum gloria teneat.*

Isaia. 59.

I. Reg. 2.

C A P. XVII.

*Vulnera ac morbos animi, nisi per gratiam Mediatoris sanentur, PERFECTI-
NEM excludere. Primum
vulnus explicatur.*

Quia cœpimus naturę nostrę infirmitatem depingere, & pauca pro rei magnitudine de mortalis corporis condicionibus attulimus: de animæ, quæ pars potissima est, infelici statu, & (vt dicam verius) casu, de vulneribus ac morbis, nonnulla quoque dicenda sunt. Proderunt ea nostri instituti primo fundamento, quod in animi demissione collocatur magni-

Humilitatis materies.